



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

xij An sacerdos verba consecrat[i]onis proferendo [con]secret omnem
panem super altari existentem

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

- Solo.** Si certus sit se omisisse aliquid eorum quae sunt de necessitate consecrationis. recipere debet a forma consecrationis et cetera per ordinem reiterare ne mutetur ordo sacrificii. Si vero probabiliter ei constet se aliquid omisisse quod non est de necessitate sacramenti vel consecrationis. praesumat ulterius sine repetitione. Si autem nullum istorum sit. sed solum non recolat se dixisse. non debet ex hoc metu perturbari. sed ulterius praesumere. Non enim quae multa de semper recollit omnia quae dixerit et in multum assuetis sepius non deliberat. ideo munus recoluntur.
- xi**
Solo. Utrum sacerdos per dictam formam possit consecrare panem absente. Non potest. ex quo enim forma in se continet primum demonstrationem requirit praesentiam materiae consecrandae.
- xii**
Solo. Utrum per dictam formam sacerdos possit consecrare panem praesentem in quacumque quantitate. Potest. sed non debet in maiori quantitate consecrare quam necessarium sibi videtur pro communicatione fidelium.
- xiii**
Solo. Utrum sacerdos verba consecrationis proferendo consecret omnem panem praesentem in altari. siue sit extra reservaculum hostiarum siue intra. Sacerdos per illa verba nullum panem etiam praesentem consecrat nisi super quem fert intentio eius consecrandi. et omnem tale etiam consecrat. et sic quis alius panis quem non intendebat consecrare non est consecratus.
- Dubium xiiii**
Solo. Utrum sacerdos apponens plures hostias pro populo concicando consecrans. et in ipsa platea non dirigens intentionem actualiter ad omnes. sed solum ad illam quam in manu tenet omnes consecret. Si habeat intentionem virtuale ad consecrandum omnes. sed non habeat actuali. omnes tamen consecrat. De hac intentione dicitur in superius capitulo. ii. articulo. iij. in solutione tertijs dubijs. Si in consecratione illius hostie quam in manu tenet omnes alias intendebat excludere tunc nullam aliam consecrat sed solum illam quam consecrare intendebat.
- xv**
Solo. Quid si sacerdos intendat consecrare centum hostias siue parvulas tot habens communicandos. et appositae sint plures vel pauciores quam centum. utrum facta consecratione omnes sine consecrate vel solum aliquae aut nullae. Si expresse et distincte intendat solum centum consecrare cum exclusionem plurium vel paucorum. tunc nulla consecrat. Si autem habeat intentionem ad consecrandum omnes illas numeratas vel in loco consecrandarum positas. sed erratum sit in numero. tamen omnes consecrant. Unde cautum est ut sacerdos plures hostias consecraturus omnes sint ante oculos ponat et intentionem nunquam dirigat ad numerum intenditorum vel tot consecrare. sed ad omnes ibi simul positas.
- xvi**
Solo. Quid si multae sint hostiae appositae etiam simul. ut puta centum vel plures. et sacerdos intendat solum decem consecrare ex illis. verum aliquid et quae sint consecrate post prolationem verborum consecrationis. Si distincte discernat illas decem quas consecrare intendit tunc illas consecrat. Si vero confuse et indistincte intendat consecrare decem illas non notando et discernendo. tunc nullam consecrat.